



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Consilia || Salomonis, || Sive || Collecta Salomonis || Axiomata

Maxime Necessaria Homini, ut se ipsum sapienter dirigat ; E Gallico In
Latinum versa, revisa & amplicata per Auctorem, cum Indicibus
necessariis

Cureau De Lachambre, Pierre

Coloniæ Agrippinæ, 1694

Regula I. Amicus fidelis protectio fortis, qui autem invenit illum, invenit
thesaurum. Eccl. 6.

urn:nbn:de:hbz:466:1-37935

ARTICVLVS QVARTVS.

De sui Regimine erga amicos.

REGULA PRIMA.

Amicus fidelis protectio fortis : Quis autem invenit illum , invenit thesaurum. Eccl. 6.

PARAPHRASIS.

Amicus fidelis est fortalidinum , quod protegit , & thesaurus qui ditescere facit. Qui talem habet amicum , felice est, & ejus felicitas est in securitate.

REFLEXIO.

Conserva diligenter hunc thesaurum, & si remanet in tua anima aliquis memoria suæ coelestis extractionis & aliqua figura suæ similitudinis cum Deo, nunquam vive absque amicitia.

Qui scit se vivere, sciet pariter, quod necesse sit amare. Quia quemadmodum nostræ animæ creatæ sunt ad imaginem Creatoris, necesse est ut habeant bonitatem quæ eas impellat quodammodo à se

se

se ipsis egrediendi, omnisque earum substantia nil aliud sit, quam quædam materialis & divina flamma, quæ elevatur versus cælum, & quæ adspirando Deum, aliud cor quàm suum querit, tanquam socium & succursum in auxiliis suarum elevationum, quibus fortius ad supremam possit pervenire civitatem.

Quilibet animus est medietas alterius animi. Non sic quasi divisi essent in formatione, & quasi ex uno fuissent facti duo animi; Sed formati sunt in proportione & tali sympathia, quæ inspirat desiderium, tribuit potentiam jungendi, & per earum intimam communicationem efficiendi, ut hi duo unum constituent animum.

Sed antequam hæc omnia perficiantur, multæ formantur displicentia, dolores, melancholici, variæ infirmitates & miseriæ in anima hominis; Quia hæc est imago Dei, in qua æterna consistit felicitas, quod nulla ex his duabus personis sit unquam sola.

Vera scientia hominis prudentis est

scire, quod major pars harum nostri ani-
mi miseriarum proveniat ex solitudine
interna, & quod earum remedium sit
vera amicitia. *Amicus fidelis medicamen-
tum vite.* Eccl. 6.

REGULA SECUNDA.

*Beatus qui invenit amicum verum,
& qui narrat justitias auri
audienti. Dilige proximum, &
conjugere fide cum illo.* Eccl.
25. & 27.

PARAPHRASIS.

*Magna felicitas est invenire bonum ami-
cum, & invenire aures capaces, quæ
aut norunt audire veritates utiles, aut
reticere secreta alicujus consequentia.
Amatui similem, & satisfac animæ tuæ,
jungendo te cum amico per confiden-
tiam perfectam, nihil habendo in cor-
de tuo, quod alteri non sit commune.*

REFLEXIO.

ID quod animæ nostræ confidere vo-
lunt, & id quod quasi ex se extrahere
& in alias animas transferre volunt, sunt
tres